

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 11. Virginitatem vt seruarent sanctæ puellæ oculos perdiderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

gela de Trinitate, quia sic effugit & principes, & opera tenebrarum. Non enim tantum fugit matrimonium, sed multa alia, quæ solent eiusmodi formis contingere. Pellem mutauit, ne mutaret virtutem. Æthiopissa facta est, ut animi seruaret candorem. Aliæ etiam plus impenderunt, cùm viderent periculosè simul stare venustatem corporis, & mentis integritatem. Vates fuit, qui dixit:

*Sed te decor iste, quod optas,  
Esse vetat, votoq; tuo tua forma repugnat.*

Ouid. L. 12  
Metam.

§. XI.

*Virginitatem ut seruarent SS. puella oculos  
perdiderunt.*

Quid oculis charius esse solet? castis virginitas. S. Brigida, inter totius Scotiæ puellas facile omnium pulcherrima, & hoc ipso à multis amita, à Christianis parentibus filio suo in matrimonium petebatur. Ast illa, quia virginitatem Deo consecrata, sponsum Christum enixissimè precata est, ut aliquo corporis vitio illam deuenestaret, quo procantium cupiditas frangetur. Nihil egat in tanta forma oculis elegantius. Itaque cùm oculorum decole maxime

Sur. tom. 3  
I. Febr. 12

ximè placuisset , alterum subito vlcere  
 percussum diuinitus amisit. Antiquis di-  
 ctum est: *oculum pro oculo.* Hæc virgo, ne  
**Exod. 21.** Christum perderet, oculum perdidit. Quid  
**24.**  
**Matth. 5.** dico perdidit ? ingenti lucro mutauit. Si-  
**38.** quidem ipse Christus oculus illius fuit;  
 cui lusca tantò visa est formosior, quan-  
 tò alij magis ab ea postea abhorruerunt.  
 Vicisti, puella, ipsa deformitate felix :

*Non tua virginitas anibus libata sini-  
 stris,*

*Nec tua ab humana est zona recincta  
 manu.*

**Matth. 5.** Verè illud Seruatoris didicisti ; si oculus tu-  
**29.** us dexter scandalizat te, erue cum, & proice  
 abs te. Quod consilium etiam secuta est  
 altera illa admiranda, non imitanda Vir-  
 go, de qua Ioannes Moschus hæc habet:  
**Euiratus** *Quidam vir fidelis narravit nobis , cùm in*  
**in prat.** *Alexandria essemus, tale quiddam. Sancti-*  
**Spirit.** *mónialis (inquit) quædam sedebat in domo*  
**cap. 60.** *sua vitam solitariam ducens : salutisq; sua*  
*valde sollicita , jeunijs ac vigilijs vacabat iugi-*  
*ter, multasq; faciebat eleemosynas. Sed vono-*  
*rum omnium semper inuidus diabolus tantas*  
*in virgine virtutes non ferens cóntra illam pul-*  
*uerem excitauit. Immisit enim euidam adole-*  
*scenti*

Scenti turpem de illa, diabolicamq; cupidinem.  
Manebat autem extra limen eius adolescens.  
Cum ergo Virgo illa domo sua velle egredi, atq;  
ad ecclesiam orationis gratia accurrere, inge-  
rebat se illius oculis improbus & impurus ado-  
lescens, nec illam egredi sinebat, amatoria qua-  
dam verba procacibus nutibus illi insusurrans,  
adeò ut jam præ nimiā molestia cogeretur vir-  
go domo sua nusquā progredi. Die igitur qua-  
dam misit ancillam suam virgo ad illum, ut ei  
diceret: *Veni, vocat te Domina mea.* Abiit er-  
go ad illam gaudens & stuprum committere  
gestiens. Sanctimonialis sedebat in cubili suo.  
Ingresso igitur adolescenti ait: *Sede.* Cumq; se-  
disset, dic ore te, frater, inquit illa, cur ita mi-  
hi molestus es, nec permittis me domo mea egre-  
di? Respondit adolescentis: *verè, Domina, te*  
*multūm amo, & quando te inspicio, totus in-*  
*tui concupiscentiam inflammor.* Quæ ait ad il-  
lum: *quidnam in me pulchrum vidisti, quia sic*  
*amas me?* ait adolescentis: *oculos tuos: ipsi*  
*enim seduxerunt me.* Virgo verò ut audinit,  
quia oculi eius illum seduxissent, sumpto gladio  
mox oculos eruit. Hoc autem cum vidisset ado-  
lescens, eruisse scilicet sibi Virginem oculos,  
compunctus corde abiit in Scitum, ibiq; sāculo  
renuncians effectus est probatissimus mona-  
chus.

chus. Quis non dicat hoc esse monstrum? sed monstrum felicissimum. Nemo enim vñquam vel cæcum ducem sapientiore consilio est secutus, quām iste iuuenis; vel se maiore lucro exoculauit, quām hæc virgo. Duobus enim his oculis duæ animæ sunt seruatæ, virginis & iuuenis. Sed monui iam suprà, quædam Sanctorum facta plus habere admirationis, quām imitatio. nis. Hinc saltem discere licet, quām homi. ni sæpe forma inutilis sit ad pudicitiam tu. tandam.

Iuuenal.  
Satyr. 10.

*Formam optat modico pueris, maiore  
puellis*

*Murmure, cum Veneris fanum videt  
anxia mater.*

*Sed vetat optari faciem Lucretia, qua-  
lem*

*Ipsa habuit: cuperet Rutilæ Virginia  
gibbum,*

*Accipere, atque suam Rutilæ dare: filium  
autem*

*Corporis egregij miseros trepidosq; pa-  
rentes*

*Semper habet. Rara est adeò concordia  
forma.*

*Atque pudicitie.*

§. XII.